

1520. v = 21.

Sigismundus I. Rex Poloniae.  
Matthiae De Drzewica Episcopo  
Vladislaviensi.

1053  
281

Reverendissime in Christo Pater sincere  
Nobis Dilecte. Et.

Non ignorat Vestra Paternitas, ut exem-  
ptio quam sibi Reverendus Dominus Episcopus  
Plocensis a Jurisdictione sui Metropolitanus Ro-  
mae obtinuit Nobis displiceat, cum res nova  
sit, et nunquam antea in regno nostro solita,  
ac prompta, Deperniciosa et indigna, nunc pre-  
sentim cum satis superque aliarum diffi-  
cultatum et turbarum Domi habeamus, utq[ue]  
et vetuimus illum exemptione ipsa, uti et  
revocavimus, eum illinc a munere ipsius Ora-  
toris, Quandoquidem illo a nobis ad bonum  
statum reipublicae procurandum adeptus, ad  
privatas res et turbas ciendas abuteretur.  
Interim tamen accepimus divulgatam ipsa  
exemptionem, et ea passim omnes illius Diocesis,  
uti quae res est Nobis valde molesta, horta-  
murque Vestram Paternitatem, quam ille  
conservatorem sibi fecit, ne functionem hanc  
in se recipiat, repellatque a se omnes, qui  
hoc ejus munere uti voluerint, nam si Domi-  
nus Archiepiscopus injuriosus videbitur aliqua  
in re dicto Domino Episcopo nos illi cum con-  
siliarijs nostris justitiam debitam ministra-  
bimus. Factura Paternitas Vestra pro bono  
et tranquillo statu reipublicae, et sua erga  
nos observantia. Et

